HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 91r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cnens tristem turbam flebiliter lamentari cepit
et ipse simul lacrimari. Dum hoc autem ceco nato
per luti unctionem oculos aperuerat. unde iu
dei nunc dicebant. Qui potuit facere ut ceci
nati oculi aperirentur. non potuit hic etiam facere
ne hic moreretur. Itaque cum turba ad sepulc
hrum pergit quod ingens lapis operuit. quem ihesus
tolli precepit. Porro mortuus ut puta quadri
duanus iam fetebat et pedes ac manus eius insti
tis constricti erant. Ihesus ergo gratias agens o
rauit. ac uoce magna lazarum de monu
mento uocauit. Protinus mortuus et ligatus cunctis
mirantibus de sepulchro prodiit. et omnes mag
no gaudio perfu dit. Hoc in auditum mira
culum audientes pharisei scilicet iudeorum
clerici. mox concilium ierosolimis college
runt. atque ad inuicem dixerunt. Quid fati
emus. quod hunc hominem tanta signa facere
scimus. Si eum sic dimittimus totus in eum
credet mundus. Et si habitus fuerit deus aro
manis. auferent a nobis gentem et locum
habitationis. Pontifex autem illorum sententiam